# XI. NEDJELJA PO DUHOVIMA

Današnja nas Misa podsjeća na temelje našega sjedinjenja s Bogom. Za nas je on umro i uskrsnuo (Posl.) i svaka je nedjelja kao »mali Uskrs.« Mi smo s Isusom umrli i uskrsnuli po sv. krštenju. Čudo, što ga je Gospodin učinio na gluhonijemome (Ev.), ponavlja se u svakom krštenju, kako i svećenik ponavlja Isusove riječi: otvaraju nam se uši i usta naše duše. Da li često upotrebljavam te uši za slušanje Božjih riječi i nadahnuća? Koliko i kako srdačno govorim sa svojim Bogom?

| | |
|---|---|
| INTROITUS Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo: ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suae. Ps. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Glória Patri. | ULAZNA Bog je u svojem svetom mjestu, Bog koji čini da jednodušni stanuju u kući dat će snagu i jakost svojemu puku. – Ps 67. Neka ustane Bog i razaspu se njegovi neprijatelji! Neka bježe svi koji ga mrze od njegova lica. – Slava Ocu… Bog je u svojem… |
| ORATIO Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuae, et mérita súpplicum excédis et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam ; ut dimíttas quae consciéntia métuit, et adjícias quod orátio non praesúmit. Per Dóminum. | MOLITVA Svemogući vječni Bože, koji obiljem svoje dobrote nadilaziš i zasluge i molitve onih koji ti se mole, izlij na nas svoje milosrđe te oprosti ono što tišti savjest, a dodaj i ono što se ne usuđujemo moliti. Po Gospodinu… |
| EPISTOLA Fratres: Notum vobis fácio Evangélium, quod praedicávi vobis, quod et accepístis, in quo et statis, per quod et | POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Korinćanima (I 15, 1–10) – Braćo, podsjećam vas na Evanđelje koje sam vam |

| | |
|---|---|
| salvámini: qua ratióne praedicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádidi enim vobis in primis, quod et accépi: quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras: et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras: et quia visus est Cephae, et post hoc úndecim. Deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde visus est Jacóbo, deínde Apóstolis ómnibus: novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia ejus in me vácua non fuit. | propovijedao i koje ste vi spremno primili i u kojem ste dosada postojani. Po njemu ćete se spasiti, ako živite onako kao što sam vam propovijedao, osim da ste povjerovali lakomisleno. A predao sam vam prije svega ono što sam i primio: Da je, prema Pismima, Krist umro za naše grijehe; da su ga, jednako prema Pismima, pokopali i da je treći dan uskrsnuo; da se je ukazao najprije Kefi i onda jedanaestorici. Poslije toga ukazao se braći, kojih je bilo zajedno više od pet stotina, od kojih su neki usnuli, a mnogi žive još i danas. Potom se ukazao Jakovu, pa svim apostolima. Naposlije ukazao se i meni, nedonoščetu. Uistinu ja sam najmanji među apostolima a nisam ni dostojan zvati se apostolom, jer sam progonio Crkvu Božju. Ali Božjom milošću jesam što jesam i njegova milost nije u meni besplodna. |
| GRADUALE In Deo sperávit cor meum, et adjútus sum: et reflóruit caro mea, et ex voluntáte mea confitébor illi. Ad te, Dómine, clamávi: Deus | GRADUAL U Boga se pouzdalo moje srce i pomogao mi je. I pomladilo se moje tijelo, zato ću ga rado slaviti. Vapijem, Gospodine, k tebi. Bože |

| | |
|---|---|
| meus, ne síleas, ne discédas a me. Allelúja, allelúja. Exsultáte Deo adjutóri nostro, jubiláte Deo Jacob: súmite psalmum jucúndum cum cíthara. Allelúja. | moj, nemoj mi se oglušiti. Aleluja, aleluja. Kličite Bogu našemu pomoćniku! Veličajte Boga Jakovljeva! Uzmite milozvučnu citaru s harfom, aleluja. |
| EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum. In illo témpore: Exiens Jesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilaéae, inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in aurículas ejus: et éxspuens, tétigit linguam ejus: et suspíciens in caelum, ingémuit, et ait illi: Ephphetha, quod est adaperíre. Et statim apértae sunt aures ejus, et solútum est vínculum línguae ejus, et loquebátur recte. Et praecépit illis, ne cui dícerent. Quanto autem eis praecipiébat, tanto magis plus praedicábant: et eo ámplius admirabántur, dicéntes: Bene ómnia fecit: et surdos fecit audíre, et mutos loqui. | EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Marku (7, 31–37) – U ono vrijeme uputi se Isus iz predjela oko Tira te preko Sidona dođe do Galilejskoga mora, posred Deseterogradskih krajeva. I dovedu k njemu gluha i nijema čovjeka i zamole ga da stavi na njega ruku. On ga uze nasamo od naroda, metnu svoj prst u njegove uši, pljunu, dotakne se njegova jezika, pogleda u nebo, uzdahne i reče mu: »Efeta!« to jest: »Otvori se!« I odmah mu se otvore uši i odriješi sapeti jezik i progovori pravilno. I zabrani im da to nikome ne kazuju. Ali, što im je on više zabranjivao, oni su sve više pripovijedali. I sve se više divili i govorili: »Sve je dobro učinio! I gluhima je vratio sluh, a nijemima govor.« |

| | |
|---|---|
| OFFERTORIUM Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine, clamávi ad te, et sanásti me. | PRIKAZNA Slavit ću te, Gospodine, jer si me oslobodio i nisi dao da se moji neprijatelji raduju nada mnom. Gospodine Bože moj, vapio sam k tebi i ozdravio si me. |
| SECRETA Réspice, Dómine, quaésumus, nostram propítius servitútem: ut, quod offérimus, sit tibi munus accéptum, et sit nostrae fragilitátis subsídium. Per Dóminum. | PRIKAZNA MOLITVA Pogledaj, molimo, Gospodine, milostivo našu službu, da ono što ti prinosimo bude tebi mio dar, a našoj slabosti pomoć. Po Gospodinu... |
| COMMUNIO Honóra Dóminum de tua substántia, et de primítiis frugum tuárum: et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torculária redundábunt. | PRIČESNA Daj čast Gospodinu od svojega posjeda i od prvina svojih plodova. I tvoje će se žitnice napuniti obilja, a vino će se prelijevati iz tvojih sudova. |
| POSTCOMMUNIO Sentiámus, quaésumus, Dómine, tui perceptióne sacraménti, subsídium mentis et córporis: ut in utróque salváti, caeléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per Dóminum. | POPRIČESNA Molimo, Gospodine, da po primanju tvoga otajstva osjetimo pomoć duši i tijelu, te se ozdravljeni možemo radovati što smo primili puninu nebeskoga lijeka. Po Gospodinu... |

Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/




A. Tyrus vrbs.
B. Et ad vigesimum milliare Sydon.
C. Sarepta ad nouem milliaria à Sydo: ne versus Tyrum.
D. Christus iter faciens trans Iordanem, per medios fines Decapoleos.
E. Non longe à mari Genesar. offerunt illi surdum & mutum, sanandum.
F. Ducit illum IESVS à turba seorsum, & immitit illi digitos in auriculas.
G. Expuens in palmam suam, tetigit saliua linguam eius, & dixit illi Epheta.
H. Audit & loquitur recte surdus & mutus.